



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conversio Peccatoris, Seu Modus quo Peccator communiter resurgit ad justitiam.

Lefelon, Antoine

Bruxellis, 1675

§. 5. Juxta S. Chrysosthomum, Paenitentia est unum de perfectis donis à
Patre luminum descendentibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9433

III CONVERSIO

§. IV.

*Juxta S. Chrysoſthomum non ſolis obſtinatis
difficilis eſt converſio.*

Dixi ex Auguſtino, Gregorio, Ber-
nardo & aliis, non obſtinatis dum-
taxat, ſed & aliis difficilem eſſe conver-
ſionem: ſentit id & Chryſoſthomus:
non enim hi obſtinati erant, qui conver-
ſionis ſuæ cauſâ, ejus Conciones audi-
turi, Eccleſiam ingrediebantur, quibus
tamen dicit: *Uno audiſti die, quomodo uno
die cadat, quæ tanto tempore radices immiſit?*

§. V.

*Juxta S. Chryſoſthomum, Pœnitentia eſt unum
de perfectis donis à Patre luminum
descendentibus.*

Dixi ex Gregorio, Pœnitentiam eſſe
unum ex perfectis donis descenden-
Hom. 3. de tibus à Patre luminum, dicit & Chryſoſt.
Pœnitent. *Nobis igitur metiſſis, Fratres, medicinam in-
fundamus ſalutis pœnitentiam, magis verò à Deo
pœnitentiam ſuſcipiamus nobis medente. Dixi,
& præeuntem habui S. Fulgentium, à
L. de Incar. Deo quemadmodum ad pœnitentiam
& grat. cap. oportet, mutari voluntatem: dicit &
17. Chry-*

PECCATORIS. III

Chrysoſthomus : Si videris olim ebrium , *Ibid.*
 nunc jejunare ; ſi olim blaſphemum , nunc Theo-
 logum : ſi eum qui quandoque turpibus cantilenis
 os inquinaverit , divinis nunc Hymnis animam
 purgare ; mirare Dei longanimitatem , pœniten-
 tiamquè collauda , ac demutationem & conver-
 ſionem illius ſuſpiciens dic : HÆC MUTATIO
 DEXTERÆ EXCELSI.

§. VI.

*Iuxta S. Chryſoſthomum , Pœnitentia à Deo
 precibus eſt impetranda.*

Dixi ex Auguſtino & Gregorio pœ-
 nitentiæ & converſionis donum
 precibus à Deo impetrandum ; dicit &
 Chryſoſthomus : *Quemadmodum enim* *In Pſal.*
pluvia duram terram in quam decidit , vel ignis *129.*
ferrum mollit & humectat : ita vitiis induratum
animum talis oratio , & igne vehementius , &
plus quam pluvia mollit & humectat : eſt enim
anima tenera , & ad fugiendum facilis , ſed quod
iſti aqua ſepè uſuvenit , ut glacie concreſcat ;
ita etiam noſtra accidit anima , ut à peccato &
ſocordiâ indurat & lapideſcat. Magno ergo nobis
calore opus eſt , ut quod durum eſt , emolliat :
Hoc autem maximè efficit oratio. Dixi ex In-
nocentio magnis precibus Dei gratiam *Hom. 24.*
eſſe petendam : dicit & Chryſoſthomus : *in Matth.*

Att-